



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 37. An dictæ pœnæ statuæ concubinariis locum quoque habeant in simplici fornicatione non habente qualitatem concubinatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

quibuscunque beneficiis, officiis & dignitatibus, quousque cum eis fuerit dispensatum, qui est effectus infamiae. Verum poenae & eo etiam ordine hodie observandae, quas & quo statuit Tridentin. praecipue cum Pius V. in constitutione sua anno 1566. praecipiat diaecesium ordinariis, ut ea decreta districtè observari curent, Guttier. l. c. num. 68. Circa quod observandum, quòd ex Garc. de benef. p. II. c. 10. num. 187. annotavi in for. benef. p. 3. quest. 216. num. 5. infine, dum is graviter conqueritur, quòd etsi Pius V. const. in Bullar. 5. locorum ordinariis in virtute S. Obedientiae praecipiat, ut contra concubenarios procedant juxta statuta Tridentini, hi tamen ea non observent, seu observari curent, sed semper contra eos utantur, poenis pecuniariis, etiam si bis, tertio deliquerint, & ut, censum annuum à concubinariis extorquere allaborent; quia nullam reus pertimiscit culpam, maximè concubinariis & carnalis, quam redimere nummis potest.

Quest. 36. Harum poenarum executio an suspendi valeat, & ad quem pertineat de his cognoscere?

REsp. de primò sic ait Trident. l. c. nec per quamvis appellationem aut exemptionem executio praedicta suspendatur aut impediatur. De altero subiungit. cognitio de his non ad Archidiaconos, nec Decanos aut alios inferiores; sed ad solos Episcopos pertineat, qui sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, procedere possunt &c. quòd ipsum tamen locum non habere in immemoriali (hoc est, ubi fortè Archidiaconus ab immemoriali tempore praescripserit) ait Gallemart, censuisse S. Congregat.

Quest. 37. An dictae poenae statuta concubinariis locum habeant in simplice fornicatione non habente qualitatem concubinatùs?

REsp. primò: pro simplici fornicatione non habente qualitatem concubinatùs, datà solim incorrigibilitate posse clericum privari beneficiis, ait Barbof. ad c. si autem h. t. num. 2. cum eo cap. dicatur, si clerici in sacris constituti fornicarias detinent, nisi eas ad secundam vel tertiam comminationem à se dimiserint, easdem ceterò contempturni, liceat tibi eos ecclesiis spoliare. Verum eo ipso, quòd tales consuetudinem habent fornicandi vel lascivè conversandi cum tali muliere, videntur venire nomine concubinariorum juxta Jus Canonicum & dicta à nobis supra; adeoque mirum non est, quòd incurrant hanc poenam statutam concubinariis. Proinde quaestio haec non parum de nomine habere videtur, dum aliqui de qualitate concubinatùs esse statuunt, habere consuetudinem commercii carnalis cum muliere domi vel extra instar uxoris retenta. quòd si verum, sequitur poenas statutas à Trident. non extendi ad eos, qui etsi consuetudinem habeant cum muliere, non tamen habeant illam cum ea domi vel extra retenta instar uxoris; eò quòd decretum Trident. tanquam poenale & odiosum non sit extendendum ad non concubenarios, seu solùm exercentes simplicem fornicationem, & in hoc sensu accipiendi qui ne-

gant extendi illas ad exercentes simplicem fornicationem. ut Garc. loc. citat. Farinac. pr. crim. quest. 128. num. 12. apud Wiestner, hoc. tit. num. 9. qui tamen ipse cum citatis à se Engels. h. t. num. 3. Wagnereck. in c. si ausem. h. t. not. 3. sentit contrarium; eò quòd Trident. sub dictis poenis prohibeat non tantum concubinatum, sed & aliarum mulierum suspectarum detentionem (intellige, absque eo, quòd habeantur instar uxorum) & omnimodam, adeoque & simpliciter fornicariam cum iis conversationem. Item ex eo, quòd praxis sit multarum in Germania Curiarum Episcopaliū ita procedendi contra clericos fornicarios. De cetero Barbof. inc. sicut num. 4. citari- que ab eo Ricc. in pr. for. eccles. decis. 361. in fine. edit. 1. & resol. 307. num. 2. in edit. 2. Farinac. in pr. crim. p. 5. quest. 138. num. 12. & 74. Item Pirh. h. t. num. 13. & alii contra Nav. l. 3. conf. conf. 1. edit. 2. Sayr. in flor. decis. ad rit. de adult. decis. 4. Simpliciter asserentes, poenas illas in decreto illo Tridentino contentas locum non habere in simplici incontinentia absque qualitate concubinatùs juxta declarat. Cardin. Concil. apud Gallemart, ibidem in princ. id intelligunt, ubi abest affiduitas & consuetudo fornicandi; quia fundant se in ea ratione quòd Concilium itrogans illas poenas loquatur de clerico, qui consuetudinem habet cum muliere fornicandi & conversandi lascivè, qualem non habet, qui semel tantum vel bis fornicatur.

Quest. 38. Qualis igitur poena statuta clerico, qui citra qualitatem concubinatùs, seu consuetudinem fornicandi fornicationem simplicem, vel etiam qualificatam admisit?

REsp. ad primum: cum clerico de fornicatione ante seu citra, vel etiam post monitionem commissa convicto varia statuatur à SS. Canonibus, tam antiquis, quam recentioribus poenae, graviores & mitiores, puta, multa pecuniaria, poena carceris, prohibitionis ab ingressu ecclesiae, suspensionis, remotionis ab officio &c. ut videtur est apud Reiffent. hoc. t. num. 480. relinquunt arbitrio iudicis, ut ex his infligere possit illam, quae considerata qualitate personae, gravitate scandali, consuetudine patriae aliisque circumstantiis videbitur magis expedire; cum vel ipsa varietas poenarum à jure statutarum hanc optionem det Episcopo juxta c. de causis. de off. deleg. junctà Gl. ibid. v. certa & Gl. in c. fraternitatis. dist. 34. v. professura. Abb. in c. at si clerici. de judic. num. 361. Et si igitur stando rigori antiquorum canonum, nimirum c. presbyter. can. si quis Episcopus. dist. 81. ob notoriam scandalosam fornicationem, de ceterò simplicem, clericus in sacris constitutus deponendus & ab officio sacerdotali removendus esset, ut tenet Abb. in c. at si clerici. à num. 35. Farinac. pr. crim. tit. de delict. carnis quest. 137. num. 2. Aretin. etiam in c. crim. non ab hom. de judic. col. 10. apud Clar. l. 5. v. fornicatio. num. 3. dicat communem: nihilominus regulariter ob simplicem fornicationem non incurri, nec posse imponi poenam depositionis, sed solius suspensionis, cum Gl. in can. Maximianus. dist. 81. v. removeatur. dicente communem. & Glo. in can. lator. 2. q. 7. v.